


*Pelvis fictiles (mortaria quae dicuntur) Pompeianae Herculenses Stabianae.*

Mortariorum quae dicuntur (in actis etiam *abbeveratoj*, *dischi* solent appellari) id quod edimus sub n. 39 accurate describit Bayardius sic: *uno de' pili ne' quali pestavano legumi. E fatto a capello col labbro a fungo. Da un lato evvi un becco col canale per vuotare la materia pestata. L'altezza di esso è d'oncè 6<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, il diametro coll'orlo è di palmo 4 ed oncè 8, il labbro solo è d'oncè 5; il canale ne è largo 10 e lungo 4; il fondo del vaso è d'oncè 9. Sull' orlo di quà e di là del canale vi sono le parole da ambidue le parti replicate.* 'Forma' Dresselius addit, *semper eadem est pelvis non profundae rostrum habentis ad effundendum sic fere:*



Diametrum exteriorem habent a cent. 72 ad c. 34, interior a c. 59 ad c. 23, altitudinem a c. 14 ad c. 8. Verene mortaria sint, ut esse creduntur (n. 8 c adeo teste Fiorellio repertum est cum ipso suo pistillo), dubitamus; ea enim ex creta facta esse parum probabile est. Accedit

quod testibus iis qui effossionibus instant constanter in atris aedium reperiuntur. Appensa esse ad parietem colligitur ex foramine foraminibusve duobus quae in margine quorundam cernuntur. Signaculum quoniam supra margines vasculi eminebat, inscriptio solet ab altera utraque parte vel adeo ab utraque imperfecta esse; sed cum plerumque adsit eidem vasi bis impressum, saepe duobus exemplis coniunctis redintegratur.

Vocabula mortariis impressa (utimur enim nomine solito et commodo) non redeunt in tegulis Campanis, redeunt in opere doliario urbano. Ita figlinarum Domitianarum opus doliare cum passim in urbe Roma reperiatur, earum neque tegulae nec dolia in Campania eruderantur, mortaria autem multa (n. 5—18) Pompeiani inde sibi compararunt. Idem obtinet de opere doliario familiarum L. Lurii Blandi (n. 21), M. Marii (n. 23—25), C. Satrii Celeris (n. 29—32), Statii Marcii (n. 34—43). E contrario Campanarum figlinarum vocabula in mortariis non redeunt. Itaque haec maioribus figlinis reservata videntur fuisse et propterea commercium eorum latius patuisse quam tegularum doliarumque. — Ceterum quod de mortariis obtinet, consentaneum est ad alia quoque vascula et instrumenta diversa cretacea pervenire, quae maiorem artem curamque diligentiorum requirerent; mihi tamen non datum fuit, ut haec ulterius persequeretur. Extra Pompeios eius generis quae reperta essent, ut n. 8056 370 VELOX DOMITIORV, separare non ausus malui relinquere in cretaceis miscellaneis.

8048 1 bis impressum. Pompeiis [in aede Mercurii].

/ • ALF  
 <<<<<<< a d. ad s.  
 cRESCENS

Descripserunt Mau et Dressel.

2 in mortario.

C • AFSIVS      SABNVS

Antiq. Hercul. ined. vol. II tab. 136.

3 [= 6307, 17] *mortajo di terra cotta di diam. palm. 1 onc. 9 con iscrizione nel labbro ripetuta due volte con lettere rilevate.* Pompeiis ACTA. [Neapoli in museo].

CRESCENS  
 C • CAPETANI  
 LIVIANI

Descripsit Dressel. Acta 3 Aug. 1811 [ed. 1, 3, 63] sic: CRESCEN | C • CAPETA | LIVIANI.

Familia C. Calpetani cum passim in tegulis urbanis inveniatur, C. Cal(petanus) Cre(scens) qui nominatur in tegula a. 137 (Marini dol. ms. n. 494) propter aetatem non potest esse Crescens hic postea manumissus.

4 Pompeiis bis impressum [in repositis templi Iovis].

VIATOR  
 c. CAPETANI  
 LIVIANI

Dressel descripsit.

8048 5 bis impressum. a. b Pompeiis [in aede Mercurii].

c Pompeiis [mus. n. 1023].

IN • DOMIT  
 in a ab altera parte  
 sigillum palmae ramus

a. b Schoene, Mau, Dressel descripserunt.  
 c Descripsit Dressel.

Cum inscriptioni non plus una littera desit neque alter versus deficiat, intellegatur necesse est Cn. Domitius Afer consul suffectus a. 39, mortuus a. 59, qui instituit figlinas deinceps appellatas Domitianas. Is similiter appellatur n. 10 potuitque eodem iure solus vasculo inscribi atque soli filii inscripti sunt vasculo n. 6.

6 bis impressum. Pompeiis [in aede Mercurii SCHOENE; inter reposita in aede Iovis DRESSEL; videtur idem exemplum esse].

CN • CN • DOM  
 LVC ET • TV

Schoene et Dressel descripserunt.

Redit in urbana Descemetii *briques de la gens Domitia* p. 8 n. 2 adiuncto altero sigillo *M. Alli Clementis*. Cn. Domitii Afri filii sunt duo testamento adoptati Cn. Domitii Lucanus et Tullus (cf. index Plinianus p. 409). Haec igitur figlina itemque aliae duorum Domitiorum Pompeiis eruderatae inter annos 59 et 79 includuntur. Lucanus cum diem obierit aliquanto post Pompeiorum excidium, Tulli solius opus doliare nullum ibi inventum esse consentaneum est.

8048 7 bis impressum. Pompeiis [in aede Mercurii].

APOLLONI • ET  
 ramus palmae ISMARI • CN CN ramus palmae  
 DOMITIORVM

Descripserunt Mau et Dressel.

8 bis impressa omnia. a. b Pompeiis [in aede Mercurii SCHOENE; inter reposita in aede Iovis DRESSEL].

c [Neapoli mus. publ., littera P signatum et n. 844.]

CN • DOMITIVS  
 in a. c stella, ramus  
 ARIGNOTVS f

a Descripserunt Schoene, Mau, Dressel.

b Descripserunt iidem sic: CN • DOMITIVS | ARIGNOTVS |

c Descripsit Dressel. *Fiorelli giorn. degli scavi* 1861, *illustrazione* p. 18. Sic est: /DOMIT/ | /IGNOTV/.

Eiusdem hominis extant tegulae urbanae multae, unde explevi (Descemet n. 88—95 cf. n. 272). Cf. n. 8043 52.

9 bis impressum. Pompeiis [in aede Iovis inter reposita].

DAPHNI  
 DOMITIORVM  
 TVLI • E • LVCNI

Descripsit Dressel.